ORDO
AD RECIPIENDVM VIRGINES SECVLARES

Ad Habitum Nouitialem secundum morem Congregationis Casinensis.

Sub Regula Sanctiss. Patris

BENEDICTI

Ex Antiquissimis cęremoniarum libris Depromptus.

PERVSIAE.

Ex Typographia Annibalis Aloysii Impressoris Episcopalis. Anno M. DC. XVI.

De Auctortate DD. Superiorum.

PERVSIAE

RECIPIENDAM

AD

OKDO

HOra congrua siue ante prandium siue post, sedeat Prælatus super faldistoriũ ante mediũ Altare, & ante ipsum ducãntur Puellæ, & genuflexę ante quam eorũ tondeãtur capilli, dicat Prælatus hos versus.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Dñi.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Sit nomen Domini Benedictum.
℟. Ex hoc, nunc, & vsque in sæculum.
℣. Congrega nos de nationibus Domine
℟. Vt confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. (tuum.
℣. Dñs custodiat introitũ tuũ, & exitum
℟. Ex hoc, nunc, & vsque in sæculum.
℣. Saluas fac Ancillas tuas.
℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Mitte eis auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere eas.
℣. Esto eis Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eis (re eis.
℟. Et filius iniquitatis nõ apponat noce-

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

ACtiones nostras quæsumus Dñe aspirãdo præueni, & adiuuãdo prosequere, vt cuncta nostra oratio, & operatio a te semper incipiat, & per te cępta finiatur. Per Christũ Dñm nostrum. ℟. Amen. Ora.

ORemus dilectissimi Fratres, & Sorores Dominũ nostrũ Iesum Christum pro his famulab⁹ suis, quæ ad deponendũ comã capitis pro eius amore festinãt, vt donet eis Spiritũ sanctũ, qui habitum Religionis in eis perpetuò conseruet, & a mũdi impedimentis, & a secularibus desiderijs corda earũ defendat, vt sicut capite mutãtur, & vultu, ita dextera eius virtutis eis tribuat incremẽtũ, & ab omni spirituali cęcitate corda earũ aperiat, eisq; æternæ glorię lumen infundat. Qui viuit, & regnat cum Deo Patre in vnitate eiusdem spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæcul. ℟. Amen

Ordo Vestiendi, & profitendi.

Quæ expleta ornamenta capitis amoueantur, & a Prælato tondeantur in modum crucis, videlicet in fronte, in occipitio in tempore dextero. & siniſtro, deinde in medio capitis, tres aut quatuor crines. Miniſtri autem quando incipit Prælatus incidere capillos, dicant ſequentem Antiphonã.

Tu es Deus, qui reſtitues hæreditatem meam mihi.

Pſal. Conſerua me Domine.

Et proſequatur a miniſtris: interim dum tondétur. illæ dicant Antiphonam.

Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es qui reſtitues hereditatem meam mihi.

Et tonſæ dicat Sacerdos.

℣. Oſtende nobis Dñe miſericordiã tuã.
℟. Et ſalutare tuum da nobis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Præſta

PRæsta quæsumus omnipotens Deus, vt hæ famulæ tuæ, quarũ hodie cómas capitis sui pro amore diuino deponim⁹, in tua dilectione perpetuò maneãt, & eas sine macula, gratia tua in sẽpiternũ custodiat Per Christũ Dñm nostrũ. Resp. Amen.

Deinde vertit se, & benedicit vestimenta.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DEVS qui sola tua prouidentia, ac ineffabili pietate qua non minus suauiter, quam sapienter vniuersa disponis, lanam vestium ad vsum hominum de velleribus ouium produxisti; vt trino beneficio simul ornarentur, fouerẽtur, ab aeris intemperie tuerentur, immensæ clęmentiæ tuæ largitatẽ suppliciter exoramus, vt hęc vestimẽta quę presentes famulæ tuę pro forma habitus ordinis summi, & incomparabilis Sancti tui Benedicti ad tibi in ipso ordine seruiendum laudabiliter intẽdũt assume re, ita bene ✠dicere, & sancti ✠ficare digneris, vt sint in eis ad suorum operimenta

pecca-

peccatorum fortis armatura; tutaque contra aereas potestates defensio: atque hostis nequissimi tela: & ad tryumphalis victorię obtentum; quę vsque in finem perseuerando; tandē immarcessibilis glorię brauium (dono tuę gratiæ) valeāt adipisci: & ad cæleste conuiuiū suauissimi sponsi sui Dñi nostri Iesu Christi peremniter regnaturæ, cū veste nuptiali delectabiliter introduci. Qui cum eodem filio tuo, & spiritu sancto viuis, & regnas per omnia sęcula sæculorum

Resp. Amen.

Deinde benedicit Velamina dicēdo. Ore:

DOmine Iesu Christe fili Dei viui, cuius Apostolus muliebrem sexum, in signum subiectionis, humilitatis, & honestatis velamen super caput suum propter Angelos Dei habere præcepit, cuiusque oculos acerbissimè tempore passionis impij velauerunt peccatores: quæsumus propter honorandi gloriā nominis tui, tā copiosam benedictionis ✠ tuæ super his velaminibus infundæ virtutem, vt famulæ tuæ illa

la gerẽtes, tibi subiectæ in omnibus, & cuicunque tenẽtur, exordine efficiãt, nec proprias virtutes, & bona concernentes in gloriam elatæ depereant: sed in vera humilitate conseruent, & obumbrent; ac turpissimæ mortis tuæ dulcis sponsi, sui memoriam sæpe mentis oculis represententent, vt cum salutis galea tamquã tuę passionis socię, æternam tecum consolationem cum tota cælesti curia valeant experiri: Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula seculorũ ℟. Amen.

Finita Benedictione aspergantur aqua benedicta vestimenta, & incensentur, & statim Sacerdos genuflexus inchoet, & dicat Hymnum.



Ve ni cre a tor spi ri tus.

Et totum dicat submissa voce, & dum a Choro cantatur, Sacerdos exuat eas secularibus vestibus dicendo vnicuique Antiph.

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis.

Deinde induat eam habitu dicēdo Ant.

Induat te Dominus nouum hominē, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sāctitate veritatis in Christo Iesù Domino nostro. Resp. Amen.

Postquam verò fuerint induta si intus Monasterio ad grate vestiatur, ab omnib⁹ fororibus recipiatur ad amplexum, Matre Abbatissa incipiēte, & sic successiuè secūdū eanū ordinē, & professionē reliquæ succedant; & denuò ducatur Nouitia corā sacerdote, & genuflexus dicat Sacerdos versus sequētes. Si verò ante Altare in Ecclesia vestiatur; prius quam ad ianuam Monasterij ducatur ipsa Nouitia; dicat versus sequētes

℣. Emitte Spiritum tuū, & creabuntur:

℟. Et renouabis faciem terræ.

℣. Adducentur Regi virgines post eam

℟. Et proximæ eius adducentur tibi in lętitia, & exultatione.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur,& quem nullum latet ſecretum:purifica per infuſionẽ Sãcti Spiritus cogitationes cordis noſtri,vt te perfectè diligere,& digne laudare mereamur. Per Dñm noſtrũ Ieſũ Chriſtũ filiũ tuũ qui tecũ viuit, & regnat in vnitate eiuſdẽ ſpiritus sãcti Deꝰ per õnia ſę.ſę. Amẽ. Ore.

OMnipotens ſempiterne Deus,miſerere huic famulæ tuæ, & dirige eam ſecundum tuã clemẽtiã in viã ſalutis æternæ,vt te donãte tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat. Per Chriſtũ Dominum noſtrum Reſp. Amen. Oremus.

COncede quęſumus omnipotens Deus vt ad melioré vitã sãctorũ tuorũ Bedicti,Placidi, Mauri, & Scolaſticæ, cæterorumq; Monachorũ omniũ,Martirũ, & Confeſſorũ,exempla nos prouocent quatenus quorum memoriã agimus etiã actus immi-

imitemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula seculorum. Resp. Amen.

Finitis his Orationib⁹ mutet illi nomen Prælatus si expedit: deinde associetur ad ianuã Monasterij, vbi a Monialib⁹ incipiente Abbatissa recipiatur ad amplexũ, & Abbatissa petat benedictionem dicendo.

Benedic nos Pater. Tũc Prælatus dicat.

Virtus perseuerantiæ, & pax Dei patris omnipotentis ✠ eiusq; filij Domini nostri Iesu Christi ✠ Et Spiritus Sãcti ✠ descẽdat super vos, & maneat semper. ℟. Amen.

ORDO AD RECIPIENDVM NOVITIAS AD PROFESSIONEM, Secundum morem Congregationis Casinensis.

NOuitia, quæ profiteri debet, assistat ante Altare corã Sacerdote Missam cælebrãte, præsente etiam Abbatissa, & alijs Monialibus in Choro suo, & post offertorium ante quã abluat Sacerdos manus stet pedibus, & legat petitiomẽ suam clara voce dicendo.

Nel nome del Nostro Sig Giesù Christo Amẽ. Nell'Anno della Natiuità del medesimo 1616. Il giorno del Mese N Io Dõna N da Perugia prometto spontaneamente auanti a DIO, & suoi Santi, le Reliquie de quali sono in questo Monasterio di Sãta N ouero Sãto N in presentia del Molto R P. D, N Abbate del Monasterio di S. Pietro di Perugia, & della R. M. D. N. Abbadessa del sudetto Monasterio di Sãta, ouero Sãto N ferma stabilità, e conuersione delli miei costumi, & humile obediẽtia secõdo la Regola del P.S.B enedetto sotto la Cõgregatione Casinense, & in fede di ciò ho fatto la presente di mia propria mano questo di, & anno come di sopra.

Si autẽ nesciat scribere dicatur ĩ petitione.

Ho fatto scriuere la presente, & vi ho fatto il presente segno di ✠ di mia propria mano questo di, & Anno come di sopra.

Quã prelectã offerat super Altare osculãdo illud, ac signũ crucis propria manu super il. lã cedulã faciẽdo. Postea stãte nouitia genib⁹ flexa dicat sacerdos hanc Orationem.

℣. ℟. O remus

ORemus fratres charissimi: vt quod Soror ista ore professa est opere feliciter compleat, auxiliante Domino nostrò Iesù Christo, qui cũ patre, & spiritu sãcto viuit, & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Resp. Amen.

Tunc eadem Nouitia surgat, & dicat ter hunc versum in voce psallẽtium.

℣. Suscipe me Dñe secũdũ eloquiũ tuũ, & viuã, et nõ cõfũdas me ab expectatione mea

Chorus autẽ similiter respondeat ter vltimo adiungendo. Gloria patri &c.

Nouitia igitur stet genib⁹ flexa, & aspectu terræ defixo; dicat Sacerdos.

Veri. Kyrieeleison.
Resp. Christe eleison.
Kyrie eléison.
Pater noster. Totum Secreto.
Veri. Et nenos inducas intentationem.
Resp. Sed libera nos a malo.
Veri. Saluã fac Ancillã tuam.
Resp. Deus meus sperantem in te
Veri. Ostende ei Dñe misericordiã tuã

℟. Et

℟. Et salutare tuum dà ei.
℣. Esto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea. (re ei.
℟. Et filius iniquitatis nō apponat noce
℣. Mitte ei Domine auxiliū de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eā.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus Vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Ore. Oratio.

DEus indulgentiæ Pater qui seueritatem tuę districtionis temperans indulsisti, ne filius portaret iniquitatē patris, & qui mira dispēsatione etiā malis bene vtens, tuæ dignationis gratiā per eos frequenter operaris; quæsumus clemētiam tuā, vt huic famulę tuę non obsistat, quod habitū Religionis per nos tāta, ac tali re indignos accipit, sed ministerium quod per nos exterius exhibetur, vt tu interius, per donū Sācti Spiritus exequaris. Per Dñm nostrū Iesū Christū filiū tuū, qui tecū viuit, & regnat

regnat in vnitate eiusdem Spiritus Sancti Deus per omnia sæ sæ. Resp. Amen. Ore.

DEus qui per coetærnum tibi filiũ cũcta creasti, quiq; mundum peccatis inueteratum per mysterium Sãctæ incarnationis eius renouare dignatus es, te suppliciter exoramus, vt eiusdem Domini nostri gratia super hãc famulam tuã, abrenuntiationem sæculi profitentem, clementer respicere digneris, per quam Spiritu mentis suę renouata veterem hominẽ cum actionib⁹ suis exuat, & nouum, qui secundum Deum creatus est induere mereatur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Resp. Amen. Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui es via, sine qua nemo venit ad Patrẽ, quæsumus benignissimã clementiã tuã, vt hãc famulã tuã, a carnalibus desiderijs abstractam per iter regularis disciplinæ deducas, & qui peccatores vocare dignatus es dicẽs venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos; præsta vt hęc vox

inui-

inuitationis tuæ;ita in ea conualescat; quatenus peccatorũ onera depónens, & quam dulcis es gustans, tua refectione substẽtari mereatur,& sicut attestari de tuis ouib⁹ dignatus es,cognosce eã inter tuas oues,vt ipsa te agnoscat, vt alienum nõ sequatur sed te,nec audiat vocẽ alienorũ,sed tuã:qua dicis: qui mihi ministrat,me sequatur. Qui viuis,& regnas in sæ sę. Resp. Amen. Ore.

Sancte Spiritus, qui te Deũ,ac Dominũ reuelare mortalib⁹ dignatus es, postulamus immensam tuę pietatis gratiam, vt sicut vbi vis spiras, sic & huic famulæ tuæ,affectũ deuotionis indulgeas, vt quoniã tua sapientia,est cõdita; tua quoq; prudentia gubernetur;quã iuxta tibi cõsuetã gratiã vnctio tua de omnib⁹ doceat; & per intercessionẽ Sanctissimi Patris nostri Benedicti;quẽ precipuũ huius sanctæ Institutionis legislatorẽ dedisti;nec nõ, & aliorum Sãctorũ ad quorũ nomina petitionẽ facit eã a vanitate sæculi cõuerte, & sicut es omniũ peccatorũ remissio:ita deprimentes

impie-

impietatis obligationes in eis dissolue, & ad obseruantiã sancti propositi fac eas ita certa tim ferue̅re, vt in tribulationib⁹, & angustijs tua indeficienti valeãt cõsolatione respirare vt, & iustè, ac piè, per verã humilitatẽ, atque obediẽtiã, in mutua charitate fũdatæ, quod te donãte promittit fœlici perseuerãtia cõpleat; quod ipse præstare digneris. Qui cũ Deo Patre Sancto⁹ filio tuo vnigenito Dño nostro Iesù Christo, viuis & regnas per infinita sęc. sęc. ℟. Amen

His expletis vertit se ad benedicendũ vestimẽta monachalia absolute dicẽs. Ore. Ora.

DOmine Iesù Christe, qui tegumen nostrę mortalitatis induere dignatus es obsecramus immensã largitatis tuæ abundantiam, vt hoc genus vestimẽti, quod Sancti Patres ad innocentiæ, & humilitatis inditium abrenunciantes seculo, ferre sanxerunt, ita tu bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris: vt postquam hæ famulæ tuæ eo vsæ fuerint, te induere mereãtur, Qui viuis & regnas in sæc. sec. ℟. Amen.

C Ore. Ora.

DEus æternorũ bonorũ fidelissime promissor, & certissime persolutor qui vestimẽtum salutis, & indumentum iucunditatis æternæ, tuis fidelib⁹ promisisti, clemẽtiã tuã suppliciter exoramus; vt hæc induméta humilitatẽ cordis, & cõtemptum mundi significantia, quib⁹ famulæ tuæ sãcto sũt informandæ proposito; propitius bene ✠ dicas: vt beatæ virginitatis habitũ quem te aspirãte suscipiũt: te protegente custodiãt, & quas venerandæ religionis vestibus induis temporaliter, æternaliter facias immortalitate vestiri. Per Dñm nostrũ Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæc. sæc. ℟. Amen. Oremus. Ora.

DOmine Deus bonarũ virtutũ dator & omniũ benedictionũ largus infusor, te subnixis præcibus deprecamur; vt has vestes, quas famulæ tuæ pro inditio cognoscendę religionis induere volũt, bene ✠ dicere, & sãcti ✠ ficare digneris, vt inter reliquas ancillas tuas tibi cognoscãtur esse dicatæ

catæ. Per Dñm nostrũ Iesũ Christũ filium tuũ, qui tecũ viuit, & regnat in vnitate spiritus sãcti Deus per omnia sæ. sæ. ℟. Amen.

Quibus completis tam ipsę professæ quã indumenta, benedicta adoleantur incenso, & aqua benedicta aspergantur; postea Sacerdos genuflexus in medio ante Altare incipit Hymnum.



Ve ni cre a tor spi ri tus.

Chorus vsq; in finẽ prosequatur. Interĩ dũ Hymnus cãtatur; exuat Prælatus Nouitias habitu nouitiali dicẽdo vnicuiq; hũc versũ

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis.

Subsequenter induat eas vestibus benedictis singulis dicens.

Induat te Dominus nouum hominẽ, qui secũdũ Deũ creatus est in iustitia, & sãctitate veritatis in Xpo Iesù Dño nostro. Amen

Quib⁹ indutis Prælatus absolute incipiat.

OMnipotens ſempiterne Deꝰ, de cuius caritatis ardore ſuccēſæ hæ famulæ tuæ ſtabilitatē ſuam tibi in hac Cōgregatione promittēdo tuo iugo collum ſubmittūt, cōcede propitius: vt in vltimo tui examinis die in dextra tua collocatæ, cuncta deuotionis ſuæ promiſſa ſe adimpleſſe letētur. Per Chriſtum Dñm noſtrū. R. Amē. O re. Ora.

DEus, qui Beatiſsimū Benedictū abſtractū à mundi turbinibꝰ tibi ſoli militare iuſſiſti, tribue quęſumus his famulabꝰ tuis, ſub eius magiſterio ad tuū ſeruitiū feſtinātibꝰ, perſeuerādi cōſtātiā: & perfectā vſq; in finem victoriā. Per Chriſtū, Dominum noſtrum. R. Amen. O re.

PRæſta Domine famulabꝰ tuis renūciātibus ſecularibus pompis, gratiæ tuæ ianuas aperiri, quę deſpecto Diabolo confugiūnt ſub titulū Chriſti: iube eās venientēs ad te, ſereno vultu ſuſcipi, ne de eis, valeat inimicus tryumphare; tribue eis brachium infatigabile auxilij tui, & mentēs earum, lorica circunda: vt pericula cuncta, &

diaboli

diaboli tentaméta se gaudeãt euasisse. Per eundé Dñm nostrũ Iesũ Christum filiũ tuũ, qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritꝰ sancti Deꝰ, per omnia sæ sec Resp. Amen.

Quibꝰ cõpletis Abbatissa dat eis oleum benedictum: & sic successiuè omnes sorores à Choro veniẽtes: postea surgẽtes de loco illo iacẽt super vnũ latus altare honeste sub pallio nigro ad hoc preparato facie manibus, & pedibꝰ de Cuculla coopertis, & duobꝰ cereis accẽsis vnis ad caput, & alius ad pedes, insignũ, vt viuãt mortue, & moriãtur viuentes. Post quam sacerdos sumpserit cõmunionẽ Diaconus, vel alter minister vertens se ad ipsas dicat Clara voce.

Surgite quæ dormitis, & exurgite à mortuis & illuminabit vos Christus.

Et tunc ipsæ Sorores nouiter professæ surgant, & accedant ad communionem. Quibꝰ cõmunicatis vadãt ad locũ suũ. Finita missa deposita casula debet se pluuiali induere, & stante sic Sacerdote; Diaconus, & Subdiaconus cantẽt in voce decẽti Antipho-

Prudentes

Prudentes Virgines.

Moniales verò nouiter professæ stēt semotæ cū cereo accēso in manib⁹ vsq; dū a Diacono, & Subdiacono cātetur Exite obuiam ei. Quo dicto, statim prosiliāt Virgines, & incipiāt cantare, vel dicere in verbis.

Et nunc sequimur. Antiphonam



Prudētes Virgines aptate vestras lam-



pades ecce spōsus venit exi te



Virgines verò surgētes Respondet Antip.

ob ui am e i.



Et nunc se qui mur in toto cor de



& ti me mus te, & querimus fa ci em



tua m vi de re Domine ne cõfundas



nos ſed fac nobis iuxta manſuetudi nem

tuam & ſecũdũ multitu d in em mi-

ſe ri cor diæ tu æ.

Qua finita Sacerdos benedicat vela, & coronas. Dicens.

[illegible] omi-

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo. Ore. Oratio.

CAput omniũ fideliũ,& totius corporis saluator,hęc operimẽta velaminum, quæ famulę tuæ propter tuum tuæq; genitricis Beatissimæ semper Virginis Mariæ amorẽ suis capitib⁹ sunt impositurę, dextera tua sancti fica, & hoc quod per illa mystice datur intelligi,tua semper custodia gubernẽtur,vt quãdo ad remunerationem perpetuã sanctorũ venerint,cum prudẽtib⁹ Virginibus præparatæ te perducẽte ad sempiternę fœlicitatis nuptias introire mereãtur. Qui viuis,& regnas De⁹ per õnia se sec.

Benedictio Coronarum. Oremus Oratio.

BEne ✠ dic Dñe ornamẽta ista;& pręsta per inuocationẽ tui nominis, vt quęcunq; ea portauerint, si tibi fideliter seruierint,coronã,quã illa designãt, in cœlo percipere mereãtur. Qui in trinitate perfecta viuis,& regnas Deus per omnia se se.

Deinde vela,& coronas aqua benedicta aspergat, & statim Virgines cantent sequens Responsorium vel dicant sine cantu. Re-



Regnū mundi, & omnē or-

natum ſęculi cōtēpſi propter amo-

rem Domi ni mei Iesù Chriſti

Quem vi di quem ama ui

In quē credi di quē di lexi. Verſ.

Eruc ta uit cor meū verbū

D bonum



Quo finito Sacerdos dicat Orationem ſanctis. genuflexis ante illum. O remus.

REſpice Dñe propitius ſuper has famulas tuas, vt ſanctæ Virginitatis propoſitũ quod te inſpirante ſuſceperũt te gubernãte cuſtodiãt. Per Dñm noſtrũ Ieſũ Chriſtũ filiũ tuũ qui tecũ viuit, & regnat in vnitate ſpiritus sãcti De⁹ per õnia ſæ ſæ.

O Ora

Qua dicta Prælatus imponat velum super caput cuiuslibet, & singulis dicat.

Accipe velamen sacrũ, quo cognoscaris mũdũ cõtempsisse. & te Christo veraciter humiliterq; toto cordis annixu sponsam perpetualiter subdidisse: qui te ab õni malo defẽdat, & ad vitã perducat ęternã

Velatis Virginibus, genuflexæ vt erãt cantent hanc Antiphonam.



Posuit signũ ĩ faciẽ meã vt nullũ præ-



ter eũ amatorem admittam.

Qua cantata Sacerdos dicat

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo. Ore. Oratio.

FAmulas tuas Dñe tuæ custodia muniat pietatis; vt cõtinẽtiæ sãctæ propositum, quod te inspirãte susceperũt, te protegẽte illæsum custodiãt. Qui viuis, & regnas, cũ

Deo Patre in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum. Resp. A men.

Qua expleta Prælatus vertit se ad Virgines singulis dicens sequentem Antiphonã.

Veni spõsa Christi accipe coronam

quam tibi dominus pręparauit in ęternũ

Qua finita accipiẽs coronã Prælatus imponit capiti cuiuslibet Virginis singlis dicens.

Accipe coronã virginalis excellẽtiæ, vt sicut per manus nostras coronaris in terris, ita a Xp̃o gloria, & honore coronari merearis in cęlis. Per eũdẽ Xp̃m Dñm nostrũ. ℟. A mẽ. Singulis dicat eãdẽ Orat. Et mox coronãte cãtet hãc sequentẽ Antip.



Induit me dominus ciclade auro tex-

ta

ta & immẽsis moni libus orna uit me

Qua cãtata ſſãs ſacerdos verſus ad illas di-
℣. Dominus vobiſcum (cat.
℟. Et cum ſpiritu tuo Oremus.

DAquęſumus omnipotẽs Dẽ⁹: vt hæ famulæ tuæ, quæ pro ſpe retributionis æternæ tibi Domino Deo deſiderãt cõſecrari, plena fide, & animo in ſancto propoſito permaneãt, tribue eis Domine humilitatẽ, caſtitatem, obedientiam, charitatem & omniũ bonorũ operũ quãtitatẽ, vt ad meritum æternæ gloriæ poſsint peruenire. Per Chriſtum Dñm noſtrũ ℟. Amen. Ore.

TE inuocamus Sãcte Pater omnipotẽs ęterne Deꝰ ſuper has famulas tuas, quę tibi nouerint pura mẽte puroq; corde ſeruire: vt eas ſociare digneris inter illos cẽtũ quadraginta quatuor milia, qui virgines permãſerũt, & ſe cũ mulierib⁹ nõ coinquinauerunt: in quorũ ore, ſicut dolus nõ eſt inuentus

uētus; ita & has famulas tuas facias permanere immaculatas vsq; in finē. Per immaculatū Dñm nostrū Iesū Christū filium tuum: qui tecū viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti Deus per omnia sæ. sæ. ℟. Amen.

Quā completa surgēres virgines dicāt, vel cantent sequentem Antip.

Ecce quod cōcupiui iā video quod spe-



raui iam teneo il li sum iuncta



in cœ lis quē in terris po si ta



tota de uo tio ne di le xi.

Post hæc ita stantes inclinent caput suum humiliter, & benedicat eas Prælatus dicés.

VIrtus perseuerantiæ, & Pax Dei Patris omnipotentis ✻ eiusque filij Domini nostri Iesu Christi, & spiritus sancti descēdat super vos & maneat sēper. Amen

Dein le Prælatus eas præsentet Abbatissæ similiter genuflexas dicens pro omnibus.

Vide quo modo istas consecratas Deo seruues, & representes immaculatas redditura pro eā rationem ante tribunal sponsi earum venturi iudicis.

VEdi come conserui cotestе Vergini consegrate à Dio, e le rapresenti pure, douendo render conto per loro, auanti il tribunale lor sposo che ha da venire a giudicare.

Quo dicto omnes discedant.

Nella Creatione della Abadessa dandoli la Regola dice.

PIglia la Regola che ci è stata data da li Santi Padri, per gouernare, e custodire questo gregge, a te dato in cura da Dio: per quāto lui ti darà forza, e lo permetterà la fragilità humana.

Piglia la cura materna del gregge del Signore e dell'Anime, osseruando li precetti diuini, sij lor guida alla Patria celeste: con l'aiuto del Signore nostro GiesùChristo qual viue e regna benedetto in tutti li secoli. Amen.

Dandoli le chiaue dice.

Portati talmente come quella ch'ha da render conto di quel, che stà chiuso sotto queste chiaui. Vedi come conserui &c. come sop.

In crea-

FActo scrutinio atq; pũblicato: Sorores dent osculum pacis matri electæ Deinde cantetur. Te Deum laudamus.

Quo finito genuflexi Visitatores dicant quæ sequuntur.

℣. Saluam fac Ancillam tuam. ℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei Dñe auxiliũ de sãcto. ℟. Et de Sion tuere eam.
℣. Dñe exaudi orationem meam ℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. Ore. Oratio.

OMnipotens sempiternæ Deus, qui facis mirabilia magna solus, prætende super hanc famulam tuam Abbatissam, & super gregem sibi commissum spiritum gratię salutaris, & vt in veritate tibi complaceat perpetuum ei rorem tuæ benedictionis infunde. Oratio.

POrrige Domine huic famulæ tuæ Abbatissæ dexteram tuam per intercessionem Beatæ, & gloriosæ semper Virginis Dei genitricis Mariæ, & auxilium ei supernæ virtutis impende. Oratio.

INtercessio nos quæsumus Domine Beati Patris nostri Banedicti Abbatis commendet, ut quod nostris meritis nou valemus, eius patrocinio assequamur. Per Christnm Dominũ nostrũ. ℟. Amen

Deinde tradatur ei regula dicendo.

ACcipe Regulã a Sanctis Patribus nostris traditam ad regendum, & custodiendum hunc gregem, tibi à Deo traditum, quantũ Deus ipse te confortauerit, & fragilitas humana permiserit.

Et subsequenter dicat immediate.

ACcipe gregis Dominici maternã prouidẽtiã, ac animarũ procurationẽ. & per diuinæ legis præcepta incedẽdo sis ei dux ad cælestis hereditatis pascua, adiuuante Domino nostro Iesu Christo qui viuit, & regnat Deus benedictus in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Deinde dentur ei claues dicendo sic.

AGE quasi rationem redditurus de his quæ sub his clauibus clauduntur. ℟. Amen.

Vide quomodo istas Deo consecratas serues, & representes redditurus pro eis rationem ante tribunal earum venturi Iudicis.

FINIS.

In Principio Visitationis Monasteriorum Monialium

℣. Panem de cœlo prestitisti eis.

℟. Omne delectamẽtũ in se habẽtem.

DEus qui nobis sub sacramento mirabili, passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue quæsumus ita nos corporis, & sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ACtiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni, & adiuuãdo prosequere, vt cuncta nostra oratio, & operatio a te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

DEus qui corda fidelium Sãcti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

FAmulorum tuorum quæsumus Domine delictis ignosce, vt qui tibi placere de actibus nostris non valemus, genitricis filij tui Domini nostri intercessione saluemur.

INtercessio nos quæsumus Dñe Beati Patris nostri Benedicti Abbatis commendet, vt quod nostris meritis non valemus eius patrocinio assequamur.

Pro S. Maria Magdalena.

BEatæ Mariæ Magdalenæ, quæsumus Domine suffragijs adiuuemur; cuius præcib⁹ exoratus, quatriduanũ fratrem Lazarum viuum ab inferis resuscitasti. Qui viuis, & regnas &c.

Pro S. Catherina.

DEus qui dedisti legem Moysi in summitate Montis Sinai, & in eodem loco per Sãctos Angelos tuos

corpus

corpus B. Catherinæ Virginis, & martyris tuæ mirabiliter collocasti: præsta quęsumus, vt eius meritis, & intercessione, ad montem qui Christus est, peruenire valeamus. Per eundem Dominũ nostrũ.

Pro S. Margharita.

INdulgentiam nobis quæsumus Domine, Beata Margarita Virgo, & martyr imploret, quæ tibi grata semper estitit, & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dominum nostrum.

DEVOTISSIMA

FORMA

VESTIENDI, ET PROFITENDI

Tàm Monachorum, quam Monialium,

SVB REGVLA SANCTISSIMI PATRIS.

BENEDICTI

IN CONGREGATIONE CASINENSI,

Ex Antiquiſsimis cęremonialarum libris Deprompta.

PERVSIAE.

Ex Typographia Annibalis Aloyſii Impreſſoris Epiſcopalis. Anno M. DC. XVI.

De Auctoritate DD. Superiorum.

PERAGIT

IN CONSECRATIONE CALICIS

BENEDICIT

QUI REGALA SANCTISSIMI PATRIS

PROFERENDI

VERSIENDI

FORMA

DEVOTISSIMA

ad habitum Nouitialem.

COnuocato post completoriũ ad sonũ campanellæ Monachorũ conuẽtu in capitulo corã Patre Monasterij Iuuenes, qui vestiendi sunt genuflexi præsentẽtur; deinde surgẽtes fiãt in loco ad hoc præparato, & dũ per monachos alternatim Benedictus Dominus Deus Israel cantatur; Pater Monasterij sũ alter senior lauet pedes eorũ, & post lotionem ipse primo cæteriq; verò Monachi successiue eorũ pedes deosculentur. Finita deosculatione, & pariter Benedictus ipsi Iuuenes surgentes genuflectãtur & Pater Monasterij similiter genuflexus, dicat sequẽtes versus, & orationes.

℣. Kyrieeleison. ℟. Christeeleison.
Kyrieeleison. Pater noster.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo
℣. Suscepimus Deus misericordiam tuã.
℟. In medio templi tui.
℣. Saluos fac seruos tuos.
℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Oſtende eis Dñe miſericordiam tuam
℟. Et ſalutare tuum da eis.
℣. Mitte eis Dñe auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Eſto eis Domine turris fortitudinis:
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eis (re eis.
℟. Et filius iniquitatis nõ apponat noce-
℣. Domine non ſecundum peccata eorũ facias eis.
℟. Neque ſecundum iniquitates ipſorũ facias eis.
℣. Dñs vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo Oremus.

ACtiones noſtras quæſumus Domine aſpirando perueni, & adiuuãdo proſequere, vt cũcta noſtra oratio; & operatio à te ſemper incipiat, & per te cæpta finiatur.

FAmulorum tuorum quæſumus Domine delictis ignoſce, vt qui tibi placere de actib⁹ noſtris nõ valem⁹ genetricis filij tui Dñi noſtri interceſsione ſaluemur.

Inter-

INtercessio nos quæsumus Domine Beati Patris nostri Benedicti Abbatis commendet, vt quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde imponat eis nomen, & induat eos tunicella, tunica, & cingulo, & sic maneāt vsque mane ad missam.

Ordo ad induendos Nouitios.

Completa post communione stēt nouitij genuflexi in medio ante altare, & Abbas genuflectens ante Altare incipiat in cantu Hymnum.



V e ni cre a tor spi ri tus.

Choro prosequēte vsq; ad finē interim Abbas induat eos habitū nouitialē scilicet birretū scapulare strictū, & clamidē dicendo.

℣. Induat te Dñs nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. ℟. Amen.

In Xp̄o Iesù Dño nostro Qui

Qui verſus ſingulis repetatur Quibus expletis Abbas ſicipiat mediocri voce cantádo

℣. Saluos fac ſeruos tuos.
℟. Deus meus ſperantes in te.
℣. Oſtende eis Dñe miſericordiam tuam
℟. Et ſalutare tuum da eis
℣. Eſto eis Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eis (re eis.
℟. Et filius iniquitatis nõ apponat noce-
℣. Mitte eis Dñe auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dñs vobiſcũ ℟. Et cũ ſpiritu tuo Ore

DEus qui nos à ſæculi vanitate conuerſos ad brauium ſupernæ vocationis accendis, & qui renuntiantib⁹ ſæculo mãſiones paras ĩ cęlo; famulorũ tuorũ fratrũ noſtrorũ corda cęleſtib⁹ bonis accẽde; vt fraterna nobiscũ teneantur compagine charitatis; vnanimes regularia ĩſtituta cuſtodiãt, ſobrij ſimplices, & quieti: gratis ſibi datam eorũ cõ-

uerſionis

uersionis gratiã cognoscãt,& eorũ vita sẽtia tur in opere. Per Dominum nostrum Iesum Christum Resp. Amen. Oremus.

DOmine Iesu Christe dux, & fortitudo nostra tibi humiliter supplicamus, vt famulos tuos,quos sanctæ compunctionis ardore ab hominũ cæterorũ proposito separasti; atq; à conuersatione carnali,& ab immunditia terrenorũ actuũ infusa eis cælitus sanctitate discernas, & gratiã, qua in te perseuerẽt infunde,vt protectionis tuæ muniti præsidijs,quod te donante desiderant, te roborante opere compleãt, vt conuersionis eorũ executor effectus,ad ea, quæ perseuerantibus in te promittere dignatus es pertingere mereãtur. Qui viuis, & regnas cũ Deo patre in vnitate SS. De⁹ &c. A mẽ. Ore.

DEus qui beatissimũ Benedictũ abstractũ à mundi turbinib⁹ tibi soli militare iussisti,tribue quæsum⁹ his famulis tuis sub ei⁹ magisterio ad tuũ seruitiũ festinatib⁹ perseuerãdi cõstãtiã, & perfectã vlq; in finẽ victoriã per Xp̃m Dn̄m nostrũ. Resp. Amen

Ore. Præsta

Ordo Vestiendi, & Profitendi.

PRæsta Domine famulis tuis renuntiãtibus sæcularib⁹ põpis gratiæ tuæ ianuas aperiri, qui despecto diabolo cõfugiũt sub titulum Xp̃i, iube eos venientes ad te sereno vultu suscipi, ne de eis valeat inimicus triumphare: tribue eis brachium infatigabile auxilij tui, & mentẽ eorũ fidei lorica circunda, vt pericula cuncta, & diaboli tentamenta se gaudeãt euasisse. Per eundẽ Dñm nostrũ Iesũ Xp̃m filium tuum qui tecum vivit, & regnat. &c. Resp. Amen.

Deinde benedicat eis Abbas ✠ nouitijs autem tribuũtur vltimi loci in Choro.

Sequitur ordo profitendi sub eadem Regula Sanctissimi Patris nostri Benedicti

Quãdo nouitij profiteri debẽt Pater Monasterij prępparet se missam celebraturus, aut alius assistente patre. Et post offertoriũ accedãt nouitij professuri ante altare, & recti singuli legant petitiones suas dicentes.

IN nomine Dñi nostri Iesu Xp̃i Amen. Anno à natiuitate eiusdem N. Die N. Mensis N. Ego D. N. de tali loco promitto stabi

to stabilitatem meam, & conuersionem morum meorum, & obedientiam secundum regulam Sancti Benedicti coram Deo, & omnibus Sanctis, quorum reliquiæ habentur in hoc Monasterio S. N. de N. in presentia R. P. D. N. de N. Abbatis eiusdem Monasterij, sub Congregatione Casinensi; ad cuius rei fidem hanc petitionem propria manu scripsi, die quò supra.

Quas perlectas offerāt super altare illud osculando; ac signum crucis in ea manu propria imprimendo. Postea stantibus illis genibus flexis, Pater Monasterij dicat hanc Orationem absolute.

ORemus Fratres charissimi, vt quod Fratres isti ore professi sunt, opere fœliciter compleāt, auxiliante Domino nostro Iesu Xp̄o, qui cū Patre, & Spiriu Sācto viuit, & regnat Deus per &c. ℟. A m̄.

Tunc nouitij dicant ter hunc versum faciendo tres genuflectiones in modū psallēdi

Suscipe me Dn̄e secūdū eloquiū tuu, & viuā, & nō cōfundas me ab expectatione mea.

Et ter repetito ſimiliter à choro adiungatur Gloria patri &c.

Et nouitijs ſtãtibus genuflexis capite aliquantulum inclinato caputiũ profunde in capite tenẽtib⁹; Pater Monaſterij mediocri voce cãtãdo dicat hos ℣. cũ ſequẽtib⁹ Orat.

℣. Kyrieeleiſon. ℟. Chriſte eleiſon.
Kyrieeleiſon. Pater noſter.
℣. Et ne nos inducas &c.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Saluos fac ſeruos tuos.
℟. Deus meus ſperantes in te.
℣. Oſtende eis Dñe miſericordiam tuam
℟. Et ſalutare tuum da eis.
℣. Eſto eis Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eis. (re eis
℟. Et filius iniquitatis nõ apponat noce-
℣. Mitte eis Dñe auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo.

Ore. Deus

DEus Indulgẽtiæ Pater qui seueritatẽ tuæ districtionis temperans; indulsisti ne filius portaret iniquitatẽ patris, & qui mira dispẽsatione etiã malis bene vtens tuę dignationis gratiã per eos frequẽter operaris, quęsumus clemẽtiã tuam, vt his famulis tuis non obsistat; quod habitũ religionis per nos tanta, ac tali re indignos accipiũt, sed ministeriũ, quod per nos exterius exhibet̃, tù interius per donũ sancti spiritus exequaris. Per Dñm nostrũ Iesũ &c. ℟: A m̃. Ore.

DEus qui per coëternũ filiũ tuũ cuncta creasti, quiq; mundũ peccatis inueteratũ per mysteriũ incarnationis eius renouare dignatus es, te suppliciter exoramus, vt eiusdem Domini nostri gratia super hos famulos tuos abrenuciationem sæculi profitentes clementer respicere dignetur, per quã in spiritu mẽtis eorũ renouati vetere hominẽ cum actibus suis exuãt, & nouũ, qui secundum Deum creatus est induere mereãtur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Resp. A men. Oremus

DOmine Ieſu quies via ſine qua nemo venit ad patrẽ;quæſumus benigniſsimam clementiam tuam,vt hos famulos tuos à carnalibus deſiderijs abſtractos per iter diſciplinæ regularis reducas: vt qui peccatores vocare dignatus es,dicens: Veni te ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis,& ego reficiam vos: præſta vt hæc vox inuitationis tuæ ita in eis conualeſcat,quatenus onera peccatorum deponentes,& te qui dulcis es,deguſtãtes,tua refectione ſubſtentari mereãtur,& ſicut de ouib⁹ tuis atteſtari dignatus es agnoſce eos inter oues tuas,& ipſi te agnoſcãt, vt alienum non ſequantur, ſed te; neq; audiãt vocẽ alienorum ſed tuã, qui dicis:qui mihi miniſtrat me ſequatur. Qui viuis,& regnas &c. Reſp. Amen. Ore.

SAncte Spiritus qui te Deum, ac Dñm reuelare dignatus es mortalibus, immẽſam tuæ pietatis gratiam poſtulamus, vt ſicut vbi vis ſpiras, ſic & his famulis tuis affectũ deuotionis indulgeas, & quoniã tua ſapientia ſunt conditi,tua quoq: prouiden-

tia

tia gubernétur; quos iuxta tibi consuetam gratiam vnctio tua de omnibus doceat, & per intercessionem Beatissimi Patris nostri Benedicti, quem precipuum huius sanctæ institutionis legislatorem dedisti; nec non, & aliorum Sanctorum, ad quorum nomina petitionem faciũt; fac eos a vanitate sæculi cõuerti, & sicut es omnium peccatorũ remissio, deprimentes impietatis obligationes in eis dissolue, & ad obseruantiam huius sancti propositi fac eos certatim feruere, vt in tribulationibus, & angustijs tua indeficienti consolatione valeant respirare, & iuste, ac pie per veram humilitatem, atque obedientiã in fraterna charitate fundati, quod te donante hodie promittũt, fælici perseuerantia compleãt. Qui cum Deo Patre sancto q; filio eius vnigenito Domino nostro Iesu Christo viuis, & gloriaris Deus per infinita sæcula sæculorum R. Amen.

His completis vertit se ad benedicendũ indumenta monachalia absolute incipiens Orationem.

O remus

D ñs

DOmine Ieſu Chriſte qui tegumen noſtræ mortalitatis induere dignatus es obſecramus immenſam largitatis tuę abundantiam, vt hoc genus veſtimēti, quod ſancti patres ad innocentiæ, & humilitatis inditium abrenunciantes ſęculo ferre ſanxerunt, tu ita bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris, vt hi famuli tui, qui hoc induti fuerint indumēto, te quoq; induere mereātur. Qui viuis & regnas in ſæ. ſæ. ℟. A mē. O re.

DEus ætetnornm bonorum fideliſsime promiſſor, & certiſsimus perſolutor, qui veſtimentum ſalutis, & indumēntum iocūditatis tuis fidelibus promiſiſti, clementiam tuam humiliter expoſcimus, vt hæc indumenta humilitatem cordis, & contemptum mundi ſignificantia, quib⁹ famuli tui ſancto viſibili ſunt informandi propoſito; propitius benedicas; vt beatæ abnegationis habitum, quem te aſpirāte ſuſcipiūt, te protegente cuſtodiāt, & quos veſtibus venerandæ religionis induis temporaliter, beata facias immortalitate veſtiri. Per Chriſtum

stum Dominum nostru. Resp. Amen. Ore.

DOmine Deus bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infusor, te subnixis pręcibus deprecamur: vt has vestes benedicere, & sanctificare digneris quas famuli tui pro inditio agnoscendæ religionis induere volunt, vt inter reliquos fratres tibi cognoscãtur dicati. Per Dñm nostrum Iesum Christum filium tuum qui tecum viuit &c. Re. Amen.

Quibus completis nouitij, & indumenta præfata adoleãtur incenso, & aqua benedicta aspergantur. Postea Pater genuflectens in medio ante altare incipit cantare Hymnum.



V e ni cre a tor spi ri tus.

Chorus vsq; in finem prosequitur interim dum Hymnus cantatur Pater exuat nouitios habitu nouitiali dicens hunc Vers.

Exuat

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis.

Subsequenter induat eũ vestibus benedictis dicens hunc versum.

Induat te Dominus nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis In Xpo Iesù Dño nostro.

Qui supradicti versus singulis repetantẽ Quibus indutis Pater absolutè incipit Orationem.

Oratio

OMnipotens æternæ Deus cuius charitatis ardore succensi hi famuli tui stabilitatẽ suã tibi in hac Congregatione promittendo tuo iugo collum submittũt; concede propitius; vt in vltimo tui examinis die in dextera tua collocati cuncta deuotionis suæ se adimplesse lætentur. Per Christum Dominum nostrum. Rℓ. Amen. Ore.

DEus qui Beatissimum Benedictũ abstractum à mundi turbinibus tibi soli militare iussisti; tribue quæsumus his famulis tuis sub eius magisterio ad tuũ seruitium festinantibus, perseuerandi constantiam

stantiam,& perfectam vsque in finem victo-
riam. Per Christum Dominum nostrum
Resp. Amen.

PRæsta Domine famulis tuis renuncian-
tibus secularibus pompis gratiæ tuæ
ianuas aperiri, qui despecto diabolo
confugiunt sub titulum Christi,iube eos ve
nientes ad te sereno vultu suscipi,ne de eis
valeat inimicus tryumphare; tribue eis bra
chium infatigabile auxilij tui, & mentes eo-
rum lorica circunda: vt pericula cuncta, &
diaboli tentamenta se gaudeãt euasisse. Per
eundem Dominum nostrum Iesum Chri-
stum filium tuum qui tecũ viuit, & regnat
&c. Resp. Amen.

Quibus completis Pater det eis osculum
pacis, & sic luce sitiè omnes fratres a Choro
uenientes: postea surgentes de loco illo ia-
ceãt super vnum latus ante altare, & de
super extendatur pallium nigrum,facie ma-
nibus cum pedibus cuculla coopertis: pos-
sitis duobus cæreis vno ad caput, altero ad
pedes, in signum,vt viuant mortui, & mo-

riãtur viuentes. Completa verò post communione Diaconus vertens se ad ipsos mediocri voce dicat eis.

Surgite qui dormitis, & exurgite à mortuis, & illuminabit vos Christus.

Tunc ipsi Fratres surgãt ad communionem, demum benedicat eos Pater dicens.

Benedictio Dei Patris omnipotentis, & filij, & spiritus sancti descendat super vos, & maneat semper. Resp. Amen.

Postea assignentur illis loci in vltimo professorum gradu.

LAVS DEO.

9219577
20 Sep 2021